



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

VIII. De Energumeno sanato à Christo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

ex gloria Christi perceptam, nesciebat quid lo-  
 queretur, quanto verius dici poterit de nobis,  
 cum huius vite illecebris, & rerum creatarū  
 solatijs affixi sumus, nos ignorare quid dica-  
 mus vel agamus? nam inhiando falsis illis bo-  
 nis, non aliud, quam nobis ipsis exitium & da-  
 mnationem vltro accersimus, licet minime a-  
 nimaduertamus.



DE ENER-  
 GVMENO A  
 CHRISTO SA-  
 NATO.

MEDITATIO VIII.  
 EVANGELIVM.

**F**ACTVM est sequenti die, de *Marc. 9.*  
 scendentibus illis de monte, & *Matth. 17.*  
 veniens IESVS ad discipulos *Luc. 9.*  
 suos, vidit turbam magnam circa  
 eos. Et confestim omnis populus  
 videns IESVM stupefactus est, &  
 expauerunt, & occurrentes saluta-  
 bant eum, Et cum venisset ad turbā  
 interrogavit eos, quid inter vos con-  
 I 6 qui.



quiritis? Et ecce accessit ad eum vnus de turba, & genibus prostratus ante eum dixit. Domine, obsecro miserere filio meo, quia vnicus est mihi, & lunaticus est, & male peritur. Nam ecce Spiritus apprehendit eum, & vbiq; eum apprehenderit, subito clamat, & allidit eum, dissipat eum cum spuma, & stridentibus suis, & arefcit, & vix dilians eum, & obtuli eum discipulis, vt eijcerent eum, & non poterunt. Respondens autem eis Iesus dixit. O generatio incredula & perversa, quamdiu apud vos ero? quamdiu patiar vos? affert huc illum ad me, & attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim Spiritus conturbavit eum, & cecidit in terram, volutabatur sicut mans. Et interrogavit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquam misit, vt eum perderet: sed si quid potes, adiuva nos, misertus nostri. IESUS autem ait illi:

ait illi  
 sibilis  
 exclam  
 mis aie  
 incred  
 disse  
 increpa  
 cens su  
 cipio t  
 troeas  
 tum di  
 factus e  
 diceren  
 autem  
 eum, &  
 domum  
 bant eu  
 eijcere  
 pter inc  
 quippe  
 sicut gra  
 ti huic.  
 & nihil  
 autem  
 si



VITA  
 ait illi: Si potes credere, omnia pos-  
 sibilia sunt credenti. Et continuo  
 exclamans pater pueri cum lacry-  
 mis aiebat, Credo Domine, adiuua  
 incredulitatem meam. Et cum vi-  
 dissest Iesus concurrentem turbam,  
 increpauit spiritum immundum di-  
 cens Surde & mute spiritus, ego pra-  
 cipio tibi exi ab eo, & amplius ne in-  
 troeas in eum. Et exclamans & mul-  
 tum discerpens eum exijt ab eo, &  
 factus est sicut mortuus, ita vt multi  
 dicerent; Quia mortuus est. Iesus  
 autem tenens manum eius eleuauit  
 eum, & surrexit. Et cum introisset in  
 domum, discipuli secretò interroga-  
 bant eum. Quare nos non potuimus  
 eijcere eum? Et dixit illis Iesus. Pro-  
 pter incredulitatem vestram. Amen,  
 quippe dico vobis, si habueritis fidem  
 sicut granum sinapis, & dicetis mon-  
 ti huic. Transi hinc illuc, & transibit,  
 & nihil impossibile erit vobis. Hoc  
 autem genus non eijcitur ni-  
 si per orationem & ieiunium.



## FIGVRA.

**I. Reg. 16.** **D**AVID sono sua Cythara egrebat spiritum malignum à quo fidebatur rex Saul.

## PROPHETIA.

**Zach. 13.** **D**ICIT Dominus exercituum, Edam nomina idolorum, & spiritum mundum auferam de terra.

## CONSIDERATIONES.

**Punct. 1.** **S**I mente expendamus, hinc hunc sum, & ab humana natura caput esse discerptum, illinc verò **CHRISTVM** Redemptorem nostrum vententem ad eum ex hac dura & impenitentia vindicandum, facile auertemus totum hoc verissimum typum & figuram maximæ liti & controuersie, quæ inter Deum & dæmonem, inter cælum & terram, anima nostra iam olim interueniente. Hanc enim animam vtraque pars attrahere conatur, & lucrari, licet intentione dissimili: dæmon quidem auidia stimulatus ad eam perducendum, **CHRISTVS** verò ad eam seruandum, & ad æternam vitam traducendum.



itaque tam cælum quam infernum respiciamus, videbimus omnia quodammodo reuolui in nos, atque si vtriusque non alia de re, quàm de nobis, ageretur. Ac primò quidè, si exordiamur à Deo, *Psal. 16.* vides quamuis ille in se sit beatissimus & felicissimus, nullius creaturæ operæ egens, tamen in hanc vnam curam & cogitationem præcipuè noctu diuque incubuisse, vt hominem saluaret, iuuaret, custodiret, ne in damnationem incideret, atque si omnium aliarum rerum, quæ cælo & terra continentur, profus fuisset oblitus. Quare & semper homini præsto est, semper se offert ei ad portigendum auxilium, nunquam eum deserit, quocunque se conferat, vbicumque manserit ibi pariter manet cum illo. Neq; enim secus nobis eū agit elementissimus amantissimusq; noster Deus, quam magnus Patriarcha Iacob cū suo dilecto grege, de quo scriptū est, quod neq; interdū quiesceret, neq; nocte somnum caperet, vt suas oves pasceret, custodiret, & tueretur. *Gen. 31.* Vix natus erat agnus aliquis, quin in brachia sua sumeret, & in sino suo benignè foueret: nulla ovis erat de via fessa, quam non iuuaret, nulla infirma aut debilis, quin in hume-



res sublatam deportaret in ouile.  
 mor ad hæc omnia facienda impu  
 bonum Iacob, sicut & amor nostrum  
 pulit Redemptorem vt pro salute  
 marum nostrarum de celo descen  
 ret. Merces quam pro tot annorum  
 bore expectabat Iacob, erat, habere  
 sponsam formosam Rachelem. Mer  
 verò quã Christus pro laboribus & z  
 mnis suis pro nobis susceptis postu  
 non est alia præter salutem nostram  
 nempe anima nostra fiat eius casti  
 immaculata sponsa. Ex alia parte  
 culos reflectamus ad infernum, v  
 binus effectus omnino ab his dicit  
 pantes, imò cōtrarios. Etenim dicitur  
 non aliud spectat, nec alio studium  
 mne, artesque suas conuertit; quam  
 opera Dei impediatur, & homo fru  
 beneficiorum à Deo perceptorum  
 mittat. Vnde lupi famelici iustar  
 cuit quærens furtiuū aliquem adit  
 in Domini ouile, ad deuorandas & d  
 spergendas oues. Vide quanta sit d  
 monis superbia, quæ semper in eo  
 guit; & idè dicit, *In celum conscendit*  
*Esai. 14. super astra Dei exaltabo solium meum, su  
 lis ero altissimo.* Cum enim cognoscit  
 nimam cuiusque iusti esse ipso celo  
 Empyreo, in quo residet Deus, ceum  
 pro

pro  
 expulsi  
 re in al  
 nostrar  
 collo  
 mam a  
 posside  
 num De  
 nima tu  
 te tua.  
 alicui a  
 nem: e  
 gere, v  
 eius vi  
 se amp  
 cordia  
 rare. C  
 que tan  
 redemp  
 profud  
 illo esse  
 titis pos  
 qui non  
 nostram  
 quam st  
 bis face  
 do, vt a  
 tanto o  
 tat & di  
 2. C



proprio regno, nobiliore, aduertens se  
 expulsum vno caelo, molitur ascende-  
 re in aliud magis pium, nempe, animā  
 nostram, & in ea, eiecto Deo, sedem suā  
 collocare. Et sicut DEVS quando ani-  
 mam aliquam ingreditur, totam vult  
 possidere vnde ipse dicit, *Diliges Domi-  
 num Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota a-*  
*nima tua, ex totis viribus tuis, & ex tota me-*  
*te tua.* Sic dæmon, quando per peccatū  
 alicui animæ dominatur, conatur om-  
 nem eius vigorem & virtutem exsu-  
 gere, vt debilitatis & fractis omnibus  
 eius viribus & facultatibus, non possit  
 se amplius, sine singulari Dei miseri-  
 cordia, iuuare, & salutem suam procu-  
 rare. O animæ infelices peccatorum,  
 quæ tam facile repudiato benignissimo  
 redemptore, qui sanguinem & vitam  
 profudit pro vestra salute, vt simul cum  
 illo essetis hæredes in caelo, vos submit-  
 titis potestati huius tyranni infernalis  
 qui non aliud quærit, & spirat quam  
 nostram perditionē. expendite quæso  
 quam stragem iste famelicus leo de vo-  
 bis facere machinetur in inferno, quan-  
 do, vt apparet in hoc miserabili iuvene  
 tanto odio & furore in hac vita exagi-  
 tat & discerpit corpora nostra.

Deut. 6.  
 Matt. 22.

2. CONSIDERA, quomodo  
 CHRIS



CHRISTVS Dominus noster post demonstratum in monte tribus discipulis suis, ut magis perfectis, sublimem diuinitatis arcanū, & gloriæ suæ prædium, descendat ad turbas, quæ ut perfectæ & imbecilles ad superandum culmen montis in valle remanserant, ut illis quoque sua doctrina & miracula aliquam instructionem relinqueret. Quoniam alias ex monte altissimo diuinitatis descēderat, ut principem tenebrarum ex hoc mundo exigeret, quæ iniuste possidebat, congruens fuit in descensu huius montis illi obuios fieret, qui in persona huius inuenerat oppressam & captiuam tenebat humanam naturam. Quare fortissime hic belli Dux, conferturus manum cum forti illo armato, ante descēsum de monte, totam noctem in oratione, ut se ad hanc pugnam cōpareret, absumpsit. Vnde quid causæ est dulcis Domine, quod humanitatem tuam tam cito exuisti gloria & consolatione in hoc monte communicata? Quod si forte discipulorum tui, & turbæ illæ aliquid peccati absentia tuâ patiebantur, non utique rationes deerant succurrēdi illis, ut minime fuerit ideo hunc montem, felicem dixerit. At immensa tua caritas, & inflans

Luc. 11.



matum desiderium versandi inter discipulos tuos, & simplices illas turbas, ut eis auxilium aliquod impartires, effecit, ut pro bono nostro, volueris te privare tuo, & ad nos solandos te privare consolatione tua. Sicut etiam, cum esses in forma Dei beatissimus & gloriosissimus, voluisti exinanire te ipsum, *Phil. 2.* & formam servi, subiiciendo te humanis nostris miseris, assumere. Verè pastor bonus, qui non suum sed ovium commodum querit, tenax consolationum, *Ioan. 10.* sed prodigus laborum & afflictionum pro nobis susceptarum. Vnde cum non posses ad horulam unam esse sine nobis, maluisti tibi deesse, quam nobis non adesse & prodesse. Nec mirum: nam in persona tua dixit Sapiens. *Delitiae meae esse cum filiis hominum.* Miror verò plurimum hominis ingratitude sapienter numero te, summum bonum, præ miseris his rebus creatis respicientis.

3. CONSIDERA Iesu de monte descendente, discipulos magno desiderio eius reditum præstolantes, simul atque cum conspexerunt, confestim ad eum accurrisse, velut oves ad suum pastorem, & filios ad amatissimum Patrem. Turbæ verò ignaræ ubi fuisset, & unde veniret,



ret, inopinato hoc aduentu partim, & habet Euangelium, fuerunt obstupescita, partim expauerunt. Neque res noua fuit hic stupor, quicquid enim in CHRISTO erat magno stupore & admiratione dignum erat, illud verò nouum fuit, amabilissimam illam presentiam & conspectum CHRISTI in quem desiderant angeli prospicere tantum illis incussisse pauorem, cum Propheta ex aspectu huius benigni & clementissimi vultus nobis promittat salutem cum dicit. *Ostende nobis faciem tuam & saluierimus.* Verum non potuit ille terror & pauor aliunde proficisci quam ex quodam splendore vultus quoniam enim paulò ante ipso solè splendidus refulserat, adhuc scintillam aliquam diuinæ illius lucis retinuerat. Sicut accidit quoque filiis Israel, qui similiter conspecto splendore faciei Moïsis de monte descendens post colloquium cum Deo habitū, valde fuerunt exterriti. Totus igitur populus, ut videtur IESVM, accurrit ad IESVM, eius salutandi audiendique causâ. Beati patres qui meruistis adire CHRISTVM, & beatæ linguæ, quæ dignè fuistis eum salutare. O quanta mihi hic se offert confusionis occasio, dum video turbas

tanta  
curre  
mean  
non f  
etia  
dis l  
mih  
dicar  
minu  
seren  
terro  
vos?  
Iesus  
omn  
lumn  
ob no  
bantu  
nem  
gum  
ne s  
postu  
si ips  
uenit  
4.  
ener  
ex u  
flagr  
aliu  
rês a  
tiq q



tanta promptitudine & desiderio accurrere ad Christum; animam autem meam tam fastidiosam & ignauam, ut non solum tam vicinum quærat, verum etiam vltro venientem, & ad fores cordis sui pulsantem, ac dicentem, *Aperi mihi soror mea sponsa*, repellat, & ut ita dicam, ianuam in facie occludat. Dominus vero cum ad turbas peruenisset, sereno vultu, verbisque benignis interrogavit dicens, *Quid disputatis inter vos?* Quæsiuit autem id prudentissimus Iesus, non quod inscius esset eorum omnium, sed partim ad liberandos calumnia suos discipulos, quos Scribæ ob non eiectum demonem calumniabantur, partim ad præbendam occasionem illi afflicto Patri, qui filium energumenum adduxerat, ut pro liberatione sibi supplicaret: neque enim unquam postulare ausus fuisset misericordiam, si ipsa misericordia eum non ante præuenisset, & ad id animasset.

4. AD HANC ergo vocem Patri energumeni additus est animus. Quare ex summo desiderio salutis filij, quo flagrabat, expectare non potuit donec aliud responsum daretur, sed præcurrens alijs, fidensque magis eius potentie quam discipulorum, adiunxit se illi. Vbi

*Cant. 5.*



li. Vbi primo considera, quanta humilitate & ardore, bonus hic homo petitionē suam proposuerit; nam profunda submissione abiicit se ad pedes CHRISTI, & vocans Dominum magno clamore & multis lachrymis extremam filij calamitatem exposuit, ac vt amplius eum ad misericordiam commoueret, duas sui doloris præcipuas adduxit causas. Alteram, quod is, pro quo precaretur, esset filius vnicus. Alteram verò, quod horribili & miserando quodam morbo affligeretur, adque incurabili, vt nec discipuli quidem illi mederi potuerint. Contemplare nunc hoc loco misericordem IESUM, quē verisimile est, dum mortuus Pater prolixè calamitatem filij sui commemorauit, in persona huius energumini considerasse statum miserum totius humanæ naturæ, quæ obsessa & oppressa à diabolo, facta fuit (instar huius lunatici) instabilis & inconstans, atque à diuersis animi perturbationibus & indomitis cupiditatibus agitata, velut naus, ab aduersis & turbulentis ventis nunc ad hunc, nunc ad illum mundanarum illecebrarum scopulum impulsus. Vnde nihil minus facere potuit, quam per commiserationem, li

non



non oculorum, saltem cordis interiorum lachrymas amarissimas vberissime profundere, cum summo desiderio citissime per sanguinolentum suum baptismum lathali nostrae infirmitati medendi. Ex alia parte cogita, quanto dolore cor eius affligeretur, cum cerneret tantam incredulitatem, malitiam, & obstinationem illius populi: qui ad aliud non erat intentus, nisi ad calumniam illius doctrinam & miracula. Nam & impraesentiarum, quod discipuli non potuerint hunc filium liberare, non tam causam dedit eorum exigua & imperfecta fides, quam magna incredulitas Patris, aliorumque qui ibi erant. Vnde Dominus velut misericors Medicus, cum dolorem amplius celare non posset, misericordia simul & zelo salutis eorum commotus, non autem ex impatientia vel indignatione, exclamavit dicens. *O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum, usquequo patiar vos!* O quanto rectius in te anima mea, haec verba obiurgatoria Domini quadrabant, cum hoc maior tua sit ingratitude, quam illorum, quo maior notitia tua est, quam illorum, & quo plura & maiora beneficia tibi à Dño. quam illis sunt collata. Heu quoties verbis Christi aures

*Matt. 17.*



aures oclusisti? quoties salutaribus inspirationibus repugnasti? quoties contra diuina mandata, conscientiamque tuam, quodammodo per vim & pertinaciter delinquere voluisti, & tuam frenatam obsequi voluntati? & nihil minus amabilissimus Deus praesto tibi, te tolerat, nec cessat tibi praedicare & adiumento esse. Cerre si non moue te ratio propriae salutis, moueat te tantem tanta bonitas, tanta benignitas, tanta longanimitas suauissimi tui redemptoris.

5. IAM verò, qui zelum hunc Christi notasset, & grauius haec verba quibus infidelitatem Iudaeorum coarguebat audisset, non videtur aliud arbitrari potuisse, quam illum potius voluisse a se repellere, quam beneficio aliquo afficere, quando quidem non nisi necessitate coacti eum accefferant, & quibus oculis suis vsurpassent tot tamque stupenda miracula, tamen parum illi credebant, imò multi eorum non tantum diuinæ eius potentiae, quam arcanum licui cum daemone commercio attribuebant. At benignus IESVS, de quo scriptum est, *cum iratus fueris, misereberis*, licet demonstraret iratum contra eos, tamen sub isto dicitur

*Matt. 12.*

*Heb. 3.*

CI  
Adducit  
Dominu  
liberare  
cere de  
meni,  
sicut vis  
cit: nim  
dum oc  
stationi  
huius er  
in CHR  
li magis  
sequent  
atq; imp  
& Saran  
el necesse  
illum no  
Beelzeb  
Scribæ c  
de causi  
pulum  
mone, v  
sua pote  
populan  
CHR  
eorum  
CHRIS  
adolese  
lo vexat  
ignorant



*Adducite illum ad me.* An non poterat Dominus, vt alias non semel fecerat, liberare hunc hominem, & absens eijcere dæmonem dicendo Patri energumeni, vt dixerat Cananææ, *Vade, fiat tibi sicut vis?* Verum magna sapientia id fecit: nimirum vt populo circumstanti, dum oculis suis videt, quam diris iactationibus dæmon exagitet corpus huius energumeni adolescentis, etiam in CHRISTI præsentia, grauitas mali magis innotesceret, & pariter ex consequenti diuinæ potentæ magnitudo, atq; imprimis contrarietas inter ipsum & Satanam, lucem & tenebras magis elucefceret, atque ita conuincerentur illum non patrare miracula in virtute Beelzebub, dæmoniorum principe, vt Scribæ criminabantur. Ac fortè eisdem de causis noluit Dominus fidei discipulorum cooperari in expellendo dæmone, vt hoc miraculum referuaretur suæ potentæ, ad pertrahendos turbæ popularis animos in cultum & fidem CHRISTO præstandam, in quorum salus consistebat. Nunc ergo CHRISTVS percunctatus est Patrem adolescentis, quanto tempore hoc malo vexatus fuisset, non quod ipse illud ignoraret, sed ad stabiliendam & perfici-

K cien-



ciendam eius fidem, quæ post partem  
 etiam imperfectionem corrigi poterat  
 congruens enim erat, ut prius animus  
 Patris infidelitate, quam corpus  
 dolorum liberaret acerbitate. Et  
 quidem, nam cum narrasset Christus  
 tenus demon afflixisset & dilacerasset  
 filium suum, dubitans, uti infirmus  
 in fide, an forte ob magnitudinem  
 uturnitatem morbi, curationem se  
 cusaturus, ut fecerant iam discipuli  
 dixit ad illum. *Si quid potes, adiuua*  
 O fides verè imbecillis: non certè  
 fecit leprosus, qui, licet diuturna  
 rabilique ægritudine detineretur, tamen  
 nihil de potentia CHRISTI ambigit  
 dixit, non ut iste. *Si potes adiuua,*  
*vis, potes.* Vide hic quam bene CHRIS-  
 TVS hunc hominem, alludendo  
 eius verba, in fide promoueat. Quia  
 nim ipse dixerat, *Si quid potes,* Christus  
 ei respondet, *Si potes credere, omnia*  
*bilis sunt credenti.* Vbi nota singularis  
 modestiam à CHRISTO in veritate  
 vsurpatam, dum suam potentiam  
 quodammodo submittit alienæ, in  
 nihil dicendo, quid ipse posset, in  
 tum alienæ fidei tribuit: neque  
 respondet, ut videbatur debuisset,  
 sine dubio possum, si tu possis credere.

*Matt. 8.*

re: 10



VITA

teverum tantum dicit, si potes crede-  
 re, omnia tibi sunt possibilis. His hu-  
 manissimis verbis, quibus tacita qua-  
 dam inerat reprehensio, quasi propter  
 incredulitatem suam dignus non esset  
 hoc beneficio, accensus ille homo, ce-  
 pit plorare & exclamare, *Credo Domine,*  
*adiuva incredulitatem meam.* Petitio verè  
 nobis necessaria, qui vitio diffidentiae  
 non impetramus à Domino quod vo-  
 lumus. Vnde bonum consilium no-  
 bis dedit S. Iacobus Apostolus illis  
 verbis, *Postulet in fide nihil hesitans.* Sed  
 tam bonus & benignus est noster Deus,  
 ut si tantam confiteamur fidei nostrae  
 imperfectionem, & humiliter peti-  
 mus, ut bonus hic homo fecit, ut digne  
 tur eam perficere, & imperfectam non  
 respuere, impetrabimus quicquid vo-  
 luerimus.

Iac. I.

6. VIDENS ergo Dominus con-  
 cursationem turbarum, mandavit cum  
 imperio immundo spiritui, ut è cor-  
 pore illo egrederetur, nec amplius re-  
 verteretur. Quibus verbis declaravit po-  
 testatem & auctoritatem suam in dae-  
 mones, iussit autem ne rediret, ut sciret  
 que esset beneficiū hoc nō esse tēporale sed per-  
 manens. O quā prōptus, quāq; liberalis  
 Dominus mi, in cōcedis beneficijs



à te postulatis? contra, quam tardi  
 negligentes nos sumus in imploran  
 tuo auxilio? miser enim hic adolesce  
 ab infantia erat à maligno spiritu  
 fessus, & in hanc vsque horam patre  
 ius nihil minus cogitauit quam de  
 plorando tuo auxilio. & tamen nõ  
 gas illi gratiam, imò plus ei largi  
 quam postulet; nam non solum libe  
 sti filium ab immundo spiritu, sed  
 iam ex anima Patris exterminasti  
 ritum incredulitatis, Obediuit ergo  
 confestim daemone voci Domini  
 quid minus facere poterat, quam  
 dire omni potenti verbo? quod ut  
 ficiens fuit ad condendum totum  
 bem terrarum, sic etiam ad destru  
 dum, & in nihilum redigendum, op  
 tiescunq; liberet. Exiuit ergo daem  
 è iuvene, sed ita discerpto. vt iacet  
 mi quasi mortuus. Vnde liquet  
 rimè daemone diuelli ab anima  
 semel insederit; cum tantis viribus  
 pus sit ad illum è corpore exturb  
 Manebat ergo iuuenis tanquam  
 tuus. Sed felix mors, quæ tam  
 vitam perperisti: nam CHRISTVS  
 nu iniecta subleuauit eum, opus in  
 tum perficiens. Totum autem hoc  
 minus permittit, vt hoc secundo

CH  
 culo con  
 suis omni  
 cationem  
 cleuatum  
 daemone  
 homines  
 terram, e  
 sæculi inu  
 non aliu  
 manu art  
 co voluit  
 talitatis r  
 casu nos e  
 ma mea,  
 benigna  
 & pedes t  
 gressus di  
 iustitiæ; t  
 re & pro  
 uit. Obsec  
 peccator  
 cumbens  
 profundu  
 tu; instar  
 nus & ab  
 amplius  
 nis perm  
 7: RE  
 SVS post  
 tris, & far



culo confirmaret primum, inimicisq;  
 suis omnem adimeret calumniandi oc-  
 casionem. Rectissime autem dicit, eum  
 eleuatum à CHRISTO, quia vt aliud  
 demonis institutum non est, quam  
 homines per peccatum detrudere in  
 terram, eosq; luto illecebrarum huius  
 sæculi inuoluere: sic benignus IESVS  
 non aliud quærit, quam nos gratiæ suę  
 manu attollere ad cælestia: imò idcir-  
 co voluit exinanire seipsum, & in mor-  
 talitatis nostræ terram cadere, vt eius  
 casu nos eueheremur in altum. O ani-  
 ma mea, quoties hic idem Dominus  
 benigna sua manu te è luto extraxit,  
 & pedes tuos defixit in petra, tuosque  
 gressus direxit, vt rectà ingredereris viã  
 iustitiæ; tu verò iterum incipis inclina-  
 re & prolabi in terram, è qua te eleua-  
 uit. Obsecro Domine mi alleuia graue  
 peccatorum pondus humeris meis in-  
 cumbens, ne me rursus deprimant in  
 profundum; sed vt vi diuinæ gratiæ  
 tuę, instar huius adolescentis, totus sa-  
 nus & ab omni periculo te nunquam  
 amplius offendendi deinceps immu-  
 nis permaneam.

*Psal. 39.*

7. RELIQVVM etat nunc vt IE-  
 SVS post curatam incredulitatem Pa-  
 tris, & sanatam ægritudinem filij, cu-  
 raret



raret quoque imperfectam discipulorum suorum fidem: qui omnes facti, quod in presentia tanti populi non potuissent illum demonem exilire, veriti se ob aliquam indignitatem suam ea gratia destitutos, motuque Dominus domum ingressus humiliter se illi adiunxerunt, secretique rogarunt causam istius sue impotentiae, num forte per imprudentiam aliqua in re ipsum offendissent, & culpa sua virtutem parandi miraculaeque exigendi alias cōreperdidissent. Sed CHRISTVS rebo magister benignè respondit, duas se causas impotentiae ipsorum. Primo quidem, imbecillitatem fidei ipsorum, exiguam scilicet fiduciam. Ad facienda miracula nō solum requiritur fides, qua discipuli illi non habebant, sed opus est quoque fiducia à Deo omnia obtineri: quae fiducia est aliud, quam excessus quidam devotior fidei, quae ob efficacitatem tantum Domino comparatur grano sine tantum roboris est, ut, sicut idem scriptum est, possit transferre montes, & quiduis quantumvis arduum impere. Hic ergo peccarunt discipuli, perterriti facti demonis istius malitiam.



ate iam in corpore illo inueterati, &  
 deo diffisi sunt se posse eum debellare.  
 Altera causa erat, quod hoc genus dæ-  
 monum, non credebat nisi orationi &  
 ieiunio, quorum neutrum discipuli ad-  
 hiberant. Vide quam prudens consi-  
 lium hi Sancti discipuli ceperint, & ve-  
 rē declararint se esse discipulos eius,  
 qui magister erat omnis perfectionis.  
 Nam verisimile est, si petitionem illam  
 non proposuissent Christo, illum, ut e-  
 rat beneuolentissimus, & imperfection-  
 es eorum dissimulabat, expectans do-  
 nec ipsos errati pœniteret, nihil dictu-  
 rum fuisse: verum maluerunt illi pro  
 sua mortificatione erratū patefacere, ut  
 possent se emendare, quam celare, nul-  
 la secuta emendatione. O quam dissimi-  
 les sumus hac in parte istis discipulis:  
 neq; enim solum lapsus nostros agno-  
 scere nolumus, verum etiā agnitos, ipsa  
 licet reclamante conscientia, diligentis-  
 simè suppressimus, ne in aliorū notitiā  
 veniant. Vide quoq; quāto operè in duo-  
 bus illis deficiamus, de quibus Chri-  
 stus cōmonescit suos discipulos. Quid  
 ergo mirum, si hoc sæculo tā pauca fi-  
 ant miracula, & si post concionatorū  
 clamores & labores tam difficulter dæ-  
 mon expellitur, ipsumq; peccatum ex-



animis peccatorum. Plurimum profecto elanguit fides nostra, & caritas defrixit. Dicimus quidem nos credere in CHRISTVM, sed opera CHRISTI non præstamus. Magnam fiduciam ponimus in nobis ipsis, in diuitijs, in mundi potentia, & fauore, sed exiguum ponimus in Christo. Est quoque necessaria oratio cum ieiunio ad expugnandum spiritum malignum: neque enim dæmon timet hominem per orationem Deo non coniunctum: nec dominari potest dæmoni, qui per ieiunium & carnis mortificationem non dominatur sibi ipsi. Quo ergo homo carnem suam amplius subiecerit spiritui, & spiritum Deo coniunxerit, hoc aptior erit & roborator ad immundos spiritus expugnandos & vincendos. Sed quam bene DEVS, exiguum studium adhibemus in hac sancta orandi, & mortificandi corporis nostri exercitatione, quam erant primi olim Christiani deuoti, quam ardentibus, quanti contemptores mundi, sui, omniumque rerum terrenarum: atque ideo mirum non est eos tanto terrori fuisse dæmonibus, quod facillimè eiciebant. At nos tepidi Christiani, qui ab omnibus incommodis abhorremus, & bene carnem no-

CH  
stram tra  
voluntate  
potestatem  
mirum  
non potest  
potibus

ORA  
quo  
monte  
mam te  
mòrbis &  
insidijs &  
rum; vel  
singulari  
nos spiri  
fufcipere  
occupan  
randi, iei  
bi super  
fraudes e  
tem diu  
nibus, a  
hoc loco  
de illi  
sunt

stram



stram tractare volumus, sensuique & voluntati nostrae facere satis, atque ita potestate demonis submittimus, quid mirum est, si non dominantur ipsi, vel non possumus eum exterminare ex corporibus vel animis aliorum?

COLLOQVIUM.

ORA CHRISTVM Dominum, quoniam dignatus est ex caelesti monte descendere in hanc humillimam terram, ad liberandum nos a morbis & aerumnis, seruandumque ab insidijs & molestijs hostium nostrorum, velit quoque pro bonitate sua tui singulare patrocinium contra malignos spiritus noctu diuq; tibi infestos suscipere, simulque largiri gratiam; vt occupando te continenter in sancto orandi, ieiunandique exercitio, robur tibi suppetat, ad omnes tentationes & fraudes eorum superandas: victis autem diuino eius fauore aduersarijs omnibus, aliquando merearis ex humili hoc loco assumi in illum sublimē, vnde illi per superbiam suam deiecti sunt, & a sua Maiestate recipere coronam victo-

riae.

K 5 DO.



1. **C**HRIſTUS poſt tranſfigurationem ſuam deſcendit ex monte, & conuenit ſe ad turbas à quibus expectabatur. Quia uoluit inſtruere Prælatos & religioſos, aliæque perſonas ſpirituales, ut poſtquam tranſfigurati fuerint in ſe per orationis, contemplationisq; exercitia, non obliuiſcantur redire ad perſcèdas animas ſibi commiſſas, exercendæq; miſericordiæ officia erga proximos ſecundum rationem uitæ actiue.
2. **C**HRIſTUS poſt tantam gloriam ſua tranſfigurationis, tamq; eximium æterni Patris teſtimonium, non dedignatus eſt iterum cõuerſari cum ſuis rudibus diſcipulis, & pauperibus ac ſimplici turba, atq; etiam cum turbis & energumenis curationis cauſa adductis. Haud ſecus uerbi Dei prædicatores etiamſi excellant donis nature & gratiæ, uereri debent ſe dimittere ad informandos homines rudes & pauperes, imo & peccatores, ac quotquot infirmi ſunt ſpiritu. Omnes enim anima rationali præditi ſunt, & omnes uult Dominus ſaluari.
3. **S**ATIS erat Patri energumeni, petenti à **C**HRIſTO liberationem, nec opus erat addere, diſcipulos non potuiſſe eum liberare, aut potius omnem culpam conferre debebat in ſe & modicam ſuam fidem, quam in diſcipulis



A.

ansfigurati  
e, & contu  
tur. Qua  
ligiosos, al  
quam tran  
contemp  
tur redire  
exercend  
nos secund  
gloriam su  
n aterni Pa  
est iterum  
ulis, & pa  
cum in  
causa ista  
redicatur  
gratia  
formant  
& peccat  
n. Omni  
, & omni  
ri, per  
opus cr  
liberac  
e debet  
in in dis  
pulis

pulos Domini. Sic hodie multi ad rem opta-  
tam obtinendam, ne illis lapsus vel erratum  
aliquid obijciatur, in alios culpam conijcere  
conantur, & excusando seipfos, accusant alios.

4. Est incredulitas Patris energumeni ma-  
gnam causam dedit, cur discipuli demonē  
pellerent: non potuerint, tamen CHRISTVS  
non reprehendit nominatim eius incredulita-  
tem, sed generatim tantum, ad instituendos  
concionatores, ne publice reprehendant parti-  
culares personas, sed viti tantum generatim  
carpant, singulisq; relinquunt, vt quod eos tan-  
ga, sibi accommodent.

5. Energumeno hoc ad CHRISTVM addu-  
cto spiritus cepit eum conturbare, ad terram  
effigere, & deterius tractare quam ante. Ho-  
mo non solet tentationibus agitari, quando vi-  
tam solutam ducit secundum voluntatem de-  
monis: sed dum conatur se obducere ab eius  
imperio, & redire ad CHRISTVM per vitam  
piam & sanctam, tunc demon, ne preda la-  
batur e manibus, omnibus artibus vititur ad  
eum retinendum, varias tentationes ei im-  
mutando, vt bene monuit Sapiens illis ver-  
bis. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta Eccl. 2.  
in iustitia & timore, & prapara animā  
tuam ad tentationem.

6. Primo demon miserum hunc adolescen-  
tem deiecit in terram, deinde vero varijs  
madis affixit. Hoc precipuum officium &  
studium



studium est demonis, efficere, ut homo per peccatum etiam unicum prolaberetur in terram, nam semel prolapsus deinde facile in alia etque alia detruditur & precipitatur.

7. CHRISTVS perfectam sanctorum huic iuueni redditurus, mandauit demoni non solum ut exiret, sed etiam ne rediret. Intelligit peccatorem bonam & veram penitentiam egisse, quando non solum deserit peccatum, sed etiam in idem non relabitur, nec alia noua committit: sicut contra, qui post confessionem peractam continuo redeunt ad vomitum, manifestè indicant confessionem vel contritionem suam fuisse imperfectam, hoc est, non habuisse firmum & constans propositum, quod requiritur emendandæ vitæ.

8. IESVS post expugnatum demonem, manum iuuenis apprehendit, eumque eleuauit & in pedes erexit: ut intelligeret peccator, in potestate sua quidem esse labi & peccare, sed non eleuari & surgere à peccato, absit diuinæ gratiæ auxilium: deinde ut disceretur, postquam peccatum euomuit, non debere se componere ad sedendum, aut manibus complicatis remanere, sed potius erigere se in pedes, & in bonis & sanctis operibus exercere.

9. CHRISTVS noluit suos discipulos reprehendere in presentia populi, sed tantum

C  
 pinarim  
 enim fu  
 nemē d  
 section  
 nes & e  
 tēpore,  
 prehēde  
 to. D  
 monum  
 tempore  
 tione &  
 iuuenis  
 vero do  
 praua lo  
 in anim  
 facile ex  
 teratos  
 ciu



privatim, cum soli versarentur in domo: erant enim futuri aliorum Magistri, & ideo non conveniebat, ut populo constarent eorum imperfectiones. Quare indicare voluit, admittiones & correctiones omnes faciendas opportuno tempore, & loco: personasq; publicas non esse reprehendendas publice, sed privatim & secreto. **10.** Dixit CHRISTVS genus illud demonum, à quibus adolescens ille erat tanto tempore obsessus, non potuisse eijci nisi oratione & ieiunio. Procuert ergo peccator, dum inuenis est, & peccatum recens, subito cum vero dolore & confessione eum eijcere: si enim prava longi temporis consuetudine sinerit eum in anima sua inueterascere non poterit tam facile expelli: nam ad exuendos habitus inueteratos non quæuis media & remedia sufficiunt, sed opus est adhibere crebras preces, ieiunia, aliasq; corporis asperitates.

